



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 98. Cardinales a Clemente VII. Papa creati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

§. XCVIII.

Sæcul XVI.  
A.C. 1529.

*Cardinales a Clemente VII. Papa  
creati.*

Hoc item anno summus Pontifex tri- *Ciacon. in*  
bus distinctis vicibus tres Prælatos *vita Pontif.*  
purpura donabat. In prima creatione, *t. 3. p. 501.*  
quæ ineunte hoc anno facta est, ad Car-  
dinalium dignitatem pervenit Hierony-  
mus ab Auria patria Genuensis, Cre-  
molinensis Comes. Hic post conjugis  
suæ mortem sacræ militiæ nomen de-  
dit, ac primo Nebiensem, postea Jacen-  
sem & Oscensem Ecclesiam rexit, de-  
mum vero Tarragonensi Archiepiscopa-  
tu decoratus est. Præfuit primo Car-  
dinalis Diaconus Ecclesiæ S. Thomæ *in*  
*Parione*, quo titulo postea commutato,  
illum S. Mariae in Porticu obtinuit.

Altera creatio habita est die decima  
Januarii, qua Hyppolitus Medicæus  
patria Florentinus, atque Avenionensis  
Archiepiscopatus Administrator Cardi-  
nalium Collegio adscriptus erat. Fuit  
is Spurius filius nobilis cuiusdam puel-  
læ Urbinatensis, quam Julianus Medi-  
cæus deperibat. Renuntiatus est Hyp-  
politus Cardinalis Diaconus tit. S. Lau-  
rentii in Damaso.

Tertius denique feria sexta die de-  
cima tertia Augusti ad Cardinalitos

*Hist. Eccles. Tom. XXXV.* Pp ho-

**Sæcul. XVI** honores promotus est Mercurinus de  
 A.C. 1529. Gattinara Pedemontanus, qui sub Ca-  
 rolo V. Imperatore supremum Cancel-  
 larii munus obibat, decoratus titulo S.  
 Joannis ante portam Latinam.

## §. XCIX.

*Pafferini & Gonzagæ Cardinalium  
obitus.*

**Ciacon. t. 3.** Horum creatio supplebat jacturam  
 pag. 400. duorum Cardinalium, quorum o-  
**Guicc. l. 13.** bitum hoc anno sacrum Purpuratorum  
**Aubery vie** Collegium planxerat. Ex his primus  
**des Card.** erat Sylvius Pafferinus Cortonæ natus,  
**Panvin in** qui juvenis admodum inter familiares  
**vita Rom.** Medicææ familiæ cooptatus plurimum  
**Pontf.** gratia apud Leonem X. summum Pon-  
**Steph. Jo-** tificem valebat, a quo etiam Datariae  
**annineus in** munere auctus Anno Christi millesimo  
**Monarchia** quingentefimo decimo septimo purpu-  
**Medicea.** ra ornatus est. Postea vero Patriæ suæ  
**Ughel. in** Italia sacra Episcopus renuntiatus, Narniensi, Af-  
**addit. ad Ci-** Possevin. in sissinensi, ac Barcinnonensi Ecclesiis  
**acon. & in** geneal. Gon. præfuit. Aliquamdiu etiam Reipubli-  
**Italia sacra.** Petra sancta cæ Florentinæ rebus administrandis  
**Symbol. he.** roic. l. 6. præfectus Perusiae necnon in Ducatu  
 Spoletano Legatione fungebatur, tan-  
 dem vero Tipherni ad Tyberim dece-  
 fit die vigefima Aprilis ætatis suæ an-  
 no sexagesimo, & sepultus est in Eccle-  
 sia S. Laurentii in Lucina, cuius titu-  
 lum